Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

minitatis directionibq̃ signa sunt de se quoq̃ multa dicere
ac polliceri: et aliena sua esse pdicare ac gaudere eos: codeq̃
modo in ceteris moribus vitiis: opera: signa: comparia: turpia
eis sunt: et effectiue verecundie. Sed hec eorum esse bonorum
expertem: de quibus omnes: aut paucis omnes aut plurimi
participant. Paucis uero dico: eiusdem gentis: cognitatis:
etatis: q̃ ꝓximitatis: et vniuersaliter inequitate constitutos equalitate
turpe namq̃ si non participes ueluti de disciplina: et in
tantum: similiterq̃ in aliis: que omnia maiorem inferunt
ignominiam: si eorum in causa sint: siue preteritorum: siue presentium
: siue futurorum. Patiens autem aut passi aut passuri:
quecunq̃ in ignominiam atq̃ obprobria ducunt uerecun-
dantur: que sunt: que ad ministeria pertinent uel cor-
poris uel operum turpium: que uituperationem pariunt.
et que quidem ad libidinem pertinent: et uolentes:
et inuiti: que uero ad vim inuiti. Ignauie enim timidi-
tatis q̃ fugere ac peperti: et non se defendere. Que igitur
verecundant: hec atq̃ talia sunt. Verum quoniam ymagi-
natio uerecundia ymaginatio est de ignominia et de
hac sui gratia: sed non propter euentum nemo q̃ de opi-
nione turbat: nisi propter opinantes: eos uerecundari
necesse est: quos multi faciunt. multi autem faciunt
admirantes: et quos admirantur: et quos de se admirari
uellent. et a quibus honorari arbitrantur: et quorum opini-
onem non contemnunt: admirari de se hos uolunt. miratur
autem eos: qui aut bonorum honorabilium quitq̃ habent:
aut carum rerum domini sunt: quas ipsi uehementer
arbitrantur: ut amantes ad paucos quidem gloriantur.
Prudentes uero tamq̃ uerates magnificantur quales sunt
senes aut docti. Verecundantur preterea tam q̃ oculis
cernunt q̃ que patent. Unde prouerbium quoq̃ fertur
uerecundia est in oculis. Idcirco semper affinitates magis
uerecundant: et obseruantes illos ipsos: quibus utrique poterit